1255. VII Idus Mai Ex Actis Borussicis 737.

256

Alexander Episcopus Venerabili fratri Episcopo Culmensi. Salutem.

Exhibita nobis dilectorum filiorum magistri e fratrum hospitalis S. Mariæ in Prussia petitio continebat. Quod cum inter ipsos ex parte una e Nobilem Virum Kazimirum Ducem Cujaviæ super possessionibus Lubaviæ, ac diversis aliis articulis ex altera fuisset materia quæstionis exorta. Demum bonis viris mediantibus amicabilis inter partes compositio intervenerit, prout in patentibus literis confectis exinde dicti Ducis e Venerabilium fratrum nostrorum Cujaviensium e Lubicensium Episcoporum Sigillis munitis plenius continet. Quare humiliter petebant a nobis ut eandem compositionem Apostolico curaremus munimine roborari. Nos itaque ipsorum suplicationibus inclinati fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus. Quatenus compositionem ipsam sicut rite sine pravitate provide facta est, e ab utraque parte sponte receptas e hactenus pacifice observata facias per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota inviolabiliter observari Datum Neapoli VII Idus mai Pontif. A. I.